



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Catena Temporum**

**Andrian, Carl**

**Herbipoli, 1698**

Series IX. Rhetorica, Oratoria, Poësis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)



## SERIES NONA.

Rethorica , Oratoria , Poësis à  
Christonato ad 1698.

◎ *Seculum I. à I. ad 100.* ◎

**L**ucius Annæus Seneca Pater, Cæcilius  
Collantian. Religione Judæus, M. An-  
tonius liberalis, Stati<sup>us</sup> Surcul: sive Ursulus,  
quem aliqui cum Statio poëta confundunt,  
Fabius Quintilian. Rhetor.

Messala Corvin. Asinius Gall. Q. Hater.  
Votien. Montan. Domitius Afer Orator.

Philisti in Mimograph. Ovid. Phædr.  
Persius, Juvenalis, Silius Italic. P. Statius  
Papin. Salejus Bassus, Lucan. Petron. Ar-  
biter. Valef. Flacc. Martialis, poëtæ.

Hierotheus Primus Poëta Christian.  
excelluit pangendis hymnis sacris.

◎ *Secul. II. à 100. ad 200.* ◎

Dio Prufæus, Dio Chrysoftomus, Aph-  
tonius, Fronto Cornelius, sive Priscus Phi-  
losophiæ simul & artis dicendi Præceptor  
Marco Antonino Imper. charus: Rhetores.

Plinius Junior ex Senioris sorore natus,  
Panætius Cretenfis: Oratores.

Tarentianus Mesomedes, Palladius, Ru-  
tillus Senior, Lucius Valerius Pudens 13. an-  
norum

norum puer in Agone Capitolino Victor:  
Poëtæ.

*Eloquentia, qua in liberis populis semper ma-  
ximè valuit, Cesaribus rerum potentibus Ro-  
ma prius à Rostris, mox & à foro pene repul-  
sa languet.*

☉☉ *Sæcul. III. à 200. ad 300.* ☉☉

Eugamus, Porphyrius, qui & Philoso-  
phus, Eumenius, Rhetores. Tatianus Rhe-  
tor & Orator Christianus S. Justini Marty-  
ris discipulus magno cum Plausu in prima  
ætate docuit Oratoriam, Eusebio teste,  
sed postea errorum Magister factus est En-  
cratarum parens.

Numeriano Imperat. posita est Statua in  
Bibliotheca Palatina, cum inscriptione.  
*D. Numeriano Oratori Potentissimo.*

Oppianus Cilix Halieutic: Scriptor, Ne-  
melianus Olympus, qui de Venatione scri-  
psit, Poëtæ.

Philippus Imperator ad coërcendam  
Poëtarum licentiam, eorum nomina delet  
ex albo Professorum 248.

☉☉ *Sæcul. IV. à 300. ad 400.* ☉☉

Minervius Burdigal: Gennadius, Muso-  
nius, Homerius, Libanius, Marius, Victo-  
rinus, Nazarius, S. Augustinus: Rhetores.

Eunomia Virgo Christiana eloquentiæ  
laude par Patri Nazario. *Euseb.*

Pro-

Oratoria, Poësis 441

Prohæresius, Julianus Imperat: SS. Gregorius Nazianz. Basilus, Gregor Nyffenus, Hilar: Pictav. Hieron. Ambros. Oratores. Trifilius, Juvencus Presby: S. Gregor. Nazianz, S. Paulin. Nolan. Festus, Avien: Symposius Celsus, Palladius, Rutilius, Junior, S. Damafus. Poëtæ.

*Refloerunt hoc Saeculo eloquentia & poësis, qua iacebant superiore Saeculo.*

⊙ *Saecul. V. à 400. ad 500.* ⊙

Symmachus, Aufonius Gallus, Synesius Sylvius Bonus Aufonii æmulus. L. C. Marius Victor, Godelbertus, Sidon, Apollinaris, S. Hilarius Arelat. Rhet. & Orat.

*Eloquentia qua superior e Saeculo in foro silere incepit, nunc in templis tonat.*

Prudentius, Proba Falconia, Synesius, Aufonius, Ruffin. Florid, Dracont. Presb. Claudian Rutilius Gallican. Sylvius Bonus. Cyrus Panoplita, Rustic. Elpid. Theodorici Medicus, Poëtæ.

*Claudianus dictus est ab Imperatoribus Theodosio & Honorio, qui statuam illi posuerunt, Poëtarum gloriosissimus.*

⊙ *Saecul. IV. à 400. ad 500.* ⊙

Boëtii Poësi nihil illustrius habuit hoc ævum, laudatur & Helpis ejus uxor Poëtria nobilis,

M. Au-

M. Aurelius Cassiodorus Rhetor.  
 Marinus Neapolitan. Magistri Procli  
 tam solutâ & vincâ oratione descripsit.  
 Thelesinus Ælius, Arator, Alcimus, A-  
 vitus, Melchicus Avellonius, Merlin. Cal-  
 cedonius Britannorum Vates, S. Venan-  
 tius Fortunatus Epif. Pictav. Poëta.  
 Cosroës II. Persarum Rex Græcos Scri-  
 ptores & Poëtas Persicè vertit.

☉ Sac. VII. à 600. ad 700. ☉

S. Columban. Abb. Orient. Ep. S. Eugen-  
 Toletan. Junior, Gregor. Pisid. Poëta.  
*Hoc Saculo eloquentia omnino in Italia de-  
 fecisse visa est.*

Poësis verò apud Arabes hujus artis a-  
 mantissimos maximè floruit, quare aliqui  
 inter eos Caliphæ carminum gloriâ incla-  
 ruère, ita *Huetius*.

Alcoranum Mahometes Rhythmicis ver-  
 sibus condidit, ut imperitæ multitudini gra-  
 tius accideret. *Genebrard.*

☉ Sacul. VIII. à 700. ad 800. ☉

S. Adelmus, & Iglacus Rhet. & Poëta.  
 In Bedæ celebri Epitaphio (si hoc ævo  
 scriptum est) Rhythmici carminis initium  
 agnoscimus. Quod sic habet, *hæc sunt in  
 fossa Bedæ Venerabilis ossa.*

Caro-

Carolus M. Hadriani I. Pontif. sepulchrum carminibus decoravit.

Hymnos cum laude scriptere Paulus Diacon. Warnefridi f. & S. Cosmas Hierosolym. Maiumæ Epif.

☉☉ *Sacul. IX. à 800. ad 900.* ☉☉

Epitaphium Bonifacio IV. Scriptum sub Gregorio IV. docet jam Rhythmica carmina placuisse. *Papebrochius in Propyl.*

Theodulphus Episc. Aurelian. donatus est à Ludovico Pio libertate & Infulis merito poëticae artis, ut aliqui scribunt.

Wandelbertus, cujus est Metricum Martyrolog. Bedæ falso adscriptum.

Hugbald. Monach. scripsit in laudem Calvitii ad Carolum Calvum 300. carmina, quorum omnia verba incipiunt à littera C.

Bristan. Corylanens. Heiricius Milo, Salomon F. Abo, Poëtæ.

Raban: Maur. Hilduin. Ab. Orat. & Poët.

☉☉ *Sacul. X. à 900. ad 1000.* ☉☉

Leo VI. cognomento sapiens Imperat. & Orat. Constantinus Porphyrogenitus Poët.

S. Odo Cluniacens. Ab. & Rosuvita seu Rosuvinta Sanctimonialis, Poësin adamârunt.

Simeon Junior scripsit hymnos.

In Italia nullus est habitus, vel Oratoris vel Poëtæ nomini par teste *Sigonio.*

Heri-

Herigerus Ab. Laubiens. Poëta.

Hermannus contractus scribendis Hymnis claruit.

☉ Sac. XI. à 1000. ad 1100. ☉

Michaël VII. Imper. Græc; Musarum plus æquo amator, Guillelmus Apulus Poëta, Historic.

Villeramus Ab. solutâ & vincâ numeris oratione Cantica illustravit.

Alphan. Epif. Salernitan Orator & Poëta

Robert. Gall. Rex, S. Odilo Ab. Cluniac. Rhythmos scripsere, Roberto tribuitur Hymnus qui canitur in Ecclesia, *Veni sancte Spiritus*

B. Petr. Damiani à Musis non abhorruit.

In nummo Victoris II. Pontific. manus è nube clavem D. Petro porrigit, cum Lemmate, *tu pro me navem liquisti, suscipe clavem.*

R. Selon Ben Ghebitol Hispan. Rhythmicorum apud Hebræos carminum auctor.

☉ Sacul XII. à 1100. ad 1200. ☉

Galfredus Rhetor & Poëta.

Baldricus Guntherus, Joannes Tretzes,

Godfridus Vinton. Guillelm. Cestrenf. Rupert. Tuitiens. Ab. Petr. Fictaviens. Joseph Iscan. Marbod. Episc. Poëtæ.

Hildebertus Epif. Poëta & Orat.

Leo ob excellentiam in pangendis Carminibus Rhythmicis nomen illis fecit ut *Leonina* dicantur, Papebrochius.

Italici rythmi primò apud Siculos usurpati, mox ab illis sequenti sæculo transierunt ad Italos.

☉☉ *Sec. XIII. à 1200 ad 1300.* ☉☉

Cyrus Prodromus, Sylvester Gyraldus, Matthæus Vindocinensis, Poëtæ.

Arnaldus Daniel ex quo Dantes & Petrarcha plurimum profecere.

Joannes de Meung, Gallicæ eloquentiæ parens & Poëta.

Stephanardus de vico Mercato Chronicon metricum edidit, Engelbert: Ab, Poëta.

Quito Aretinus & Entius Rex Sardinia Poëte Itali.

Dantes Aligerius Poëtarum Italorum doctissimus.

☉☉ *Sec. XIV. à 1300. ad 1400.* ☉☉

Maximus Planudes Poëta.

Franciscus Petrarcha Rhetor, Orator, Poëta latinus, & Italus laureâ donatur in Capitolio 1341.

Fatius de ubertis, & Franciscus Barberinus Poëtæ Hetrusci.

Franciscus Petrarcha, excussis Italiae bibliothecis, neglectos veterum scriptorum Codices in medium legendos protulit.

☉☉ *Sæcul. XV. à 1400. ad 1500.* ☉☉

Jovianus, Pontanus, Hermolaus barbatius, Nicol. de Clemang, Rhet: & Poëtæ.

P p

Tri-



Trifiodor. Petrus de Rosenheim Poëta,  
Rodulphus Agricola Rhetor.

Aeneas Sylvius postea Pius II. Orator,  
ævo suo, quotquot in Europâ viverent,  
omnium eloquentissimus.

Jacobus I. Scotor: Rex patrii carminis  
gloriâ nulli secundus. *Leslaus.*

Jacobus Wimpeling. Angelus Policia-  
nus Leon. X præceptor, Rhet. Phil. Poëta.

Maximilianus I. Imperat. Germanica  
Poëmata scripsit.

☞☉ *Sac. XVI. à 1500 ad 1600.* ☉☞

Majoragius, Muretus, Amasæus Ro-  
soltell. Beroald. Longol. Perpinian. Paris  
arola, Cavalcant. Bentius Rhet. & Orat.

Baptista Spagnolus vulgò Mantuan. Sa-  
nazar Fracastor. Vida Navager. Amalthei  
fr. Buchananus Poëtæ latini, Ronfar-  
dus Poëta Gallus.

Laudantur inter Italos Boiardus, Casa,  
Bemb. Pulcius, & Alamann. Areost. & Tass.

Selimus I. Turcarum Imper. poësis cul-  
tor apud suos.

☞☉ *Sac. XVII à 1600 ad 1698.* ☉☞

Stephonius, Strada, Vossius pater, Gal-  
lutius, Petiot, Patavius, Causin. Octa Fer-  
rarius, Gradus, Sfortia Pallavicin, C,  
Dondinus, Favoricus Rhet. & Orat.

Galli

Galli veram hoc ævo veteris eloquentiæ speciem cœpisse videntur.

Stephanus, Pulcharell. Torrent. Sarbiev. Barlæus, Crotius, Balde, Horschius, Dondin. Vallius Favorit. Rapin. Poëtæ. Quibus præsidium & decus addunt Urbanus VIII. & Alexander VII. Avancinus, Masenius, Orat. & Poët.

Itali Poëtæ: Guarinus, Marinus Tansillus, Chiabrera, Testius, Cæsarini. Bonarelli Ciampolus, Julius Rom. Rospilios. Sidus Olorum & Pontifex Rom.

*Oratores vel Poëta viventes adhuc quamvis laureâ dignissimi non ponuntur.*



### SERIES DECIMA,

Philologia, usus linguarum & Grammatica à Christo nato ad 1698.

*Sæculum I. à 1. ad 100.*

**M.** Verrius Flaccus, Probus Beritensis, Q. Remnius Palæmon, Demetrius Ixion, Grammatici.

Sextus Pom. Festus vixisse putatur hoc sæculo, sed ætas ejus incerta.

Asconius Pedianus, Ciceronis schoiastes, Columella, Philol.